



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

De Matrimonij impedimentis, illud dirimentibus & non dirimentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

De Sacramento Matrimonij.
DE IMPEDIMENTIS
Matrimonij.

I.

Matrimo-
nij impedi-
menta vn-
de.



Oneft quidem illud dubium, quin matrimonium fit à Deo tanquam commune omnibus institutum, Ecclesia tamen sancti Spiritus magisterio

Matrim.
imped. du-
plicia.

edocta quosdam rectè ab eo submouet, duplici in eam rem impedimentorum genere constituto, quorum alia

1. matrimonium quidem contrahendum impediunt, sed

2. contractum non dissoluunt; alia vtrumque præstant.

Impedi-
menta ma-
trim. non
dirimēta.

II. Prioris generis sunt, si quis contra Episcopi, Iudicis aut Parochi imperium matrimonij foedus ineat; si tempore feriarum solennitates nuptiarum vsurpet; si simplici voto obstrictus contrahat; si denique alijs sponsalibus sit implicatus. His enim impedimentis illigati contrahendo procul dubio peccant; sed tamen contractum matrimonium valet.

Imped.
matr. diri-
mentia.

III. Posterioris generis censentur, error, conditio, votum, ordo sacer, cognatio, affinitas, homicidium & adulterium, cultus disparitas, alterius matrimonij vinculum, vis seu violentia, publicæ honestatis iustitia, & impotentia congregiendi.

I.
Error in
persona.

IV. Cum duobus in matrimonio ineundo modis errari possit, aut in persona, vt cum alia pro alia obtruditur, aut in qualitate, vt cū pauper pro diuite, ignobilis pro nobili, corrupta pro virgine ducitur, priore modo matrimonium est irritum ob defectum consensus, posteriore validum.

V. Igno-

V. Ignorantia seruilis conditionis seu status matrimonio obstat, si quis enim falsa opinione ductus cum serua in matrimonium conueniat, quam suspicabatur liberam frustra contrahit, nisi postea compertâ rei veritatē cum eadem corporis commercium exercent, de libera & seruo idem est iudicium.

II.
Ignorantia
cōditionis
seu status.

VI. Qui voto solenni obstricti matrimonium inire tentant nihil efficiunt, est autem solenne votum quod per ordinis sacri veluti Subdiaconatus, Diaconatus, aut Presbyteratus susceptionem; vel per professionem expressam tacitamve in aliqua Religione approbata solennizatum est.

III.
Sacer or-
do.

IV.
Votum in
professio-
ne religio-
nis.

VII. Cognatio triplex est, Spiritualis, Legalis & Naturalis. Spiritualis ex Baptismi & Confirmationis susceptione nascitur, contrahiturq; in Baptismo quidem inter suscipientes, & baptizatum ipsum illiusq; patrem & matrem, nec non inter baptizantē & baptizatum, baptizatiq; patrem & matrem: in Confirmatione vero inter confirmantē & confirmatum, illiusq; patrem & matrem, nec non tenentem.

V.
Cognatio
triplex.

I.
Cogn. Spi-
ritualis
inter quos.

2.

VIII. Legalis ex liberorum adoptione prouenit. Si quis enim quempiam in filium filiamve, nepotem vel deinceps adoptauerit, mutua inter eos cognatio oritur nuptiarum celebrationem impediens dirimensque.

Cogn. Le-
galis inter
quos sit.

IX. Naturalis inter consanguineos existit, quorum alij sunt ascendentes, alij descendentes, quidam ex transuerso seu latere prodeūtes, quos collaterales vocant. Inter ascendentes & descendentes perpetua est siue in infinitum matrimonij prohibitio, in transuersalibus quartum cognationis gradum non excedit.

Cogn. Na-
turalis in-
ter quos
existat.

X 3

X. At

Notatio. **X.** At hic meminisse oportet, non esse necessum, ut uterque contrahentium quartum gradum excefferit, sed satis est alterum tantum quinto aut remotiore gradu à communi stipite distare, etiam si alter non nisi primo aut secundo gradu ab eodem sit seiunctus. Quoto enim gradu remotior distat à communi stipite totidem distat à quolibet alio descendendum per aliam lineam ex eodem.

V I.
Affinitas.
Conc. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 4.
XI. Affinium eadem est ratio quæ consanguineorum, nisi quod Concilium Tridentinum affinitatis impedimentum ex fornicatione natum duobus tantum primis gradibus concluderit, in reliquis contrahendi facultatem permiserit.

V II.
Homicidium.
XII. Qui coniugis alterius potiundi causa alteri necem adfert eius consequendi spe, eam iustissime à S. Canonibus priuatur. Verum hinc unius delictum non sufficit, sed utriusque tam superstitis quam matrimonium sceleratè appetentis conspiratio requiritur.

V III.
Adulteriū.
XIII. Adulterij crimen non semper matrimonium contrahendum impedit, contractumque dissoluit, sed tribus casibus.
1. Primo cum adulter procurat mortem coniugis suæ vel mariti adulteræ, ut cum adultera matrimonium celebret. Secundo si adulteri mutuò sibi fidem dederint de matrimonio contrahendo, post mortem uxoris adulteri, vel mariti adulteræ.
3. Tertio si adulteri de facto inter se contraxerint viuentibus prioribus coniugibus, at hic requiritur ut uterque adulter conscius sit vitæ alterius coniugis. Nam si quæ ad alterius consortium commeet, quem coelibem esse opinatur, nihil id sequentibus cum adultero nuptijs oberit.

XIV. Et

XIV. Et quia D. Cypr. teste, iungere cū in fidelibus Matrimonij vinculū, est cum infidelibus prostituere mēbra Christi, irritum est matrimoniū, quod baptizati cum nō baptizatis cōtrahunt. De baptizatis alia est ratio, hi enim tametsi sint hæretici, Apostatæ excommunicati validè tamen, etsi non sine peccato, contractum celebrant.

IX.
Cultus di-
sparatus.

XV. Qui coniuge superstite alterum sibi adsciscit, nihil efficit. Neque absentia vnus etsi diuturna alterius cōsortium admittendi iusta est causa priusquam de morte absentis euidenter constat.

X.
Vinculum
alterius
matrimo-
nij.

XVI. Quod si vxor nullo certo de morte mariti nuncio allato, sed sola suspitione adducta alteri nubat, peccatum sine dubio cōmittit, nec debitum exigere potest, reddere tamen petenti debet, quòd iniquum sit innocentem maritum suo iure priuare.

Quid agen-
dum incer-
ta coniugio
morte.

XVII. Quos vel natura vel alia causa ante matrimonium contractum ad congregiendum impotentes fecit, rectè à matrimonio arcentur, cū illud à Deo institutum sit ad humanum genus propagandum, & eius infirmitati consulendum.

XI.
Impoten-
tia congre-
diendi.

XVIII. Est quia turpissimi visum est exempli, vt quis ei iungatur, cuius coniunctam sponsalia frangendo decerperit, rectè inductum est impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, quæ nihil est aliud quàm affinitas siue propinquitas quædam inter consanguineos sponsi, & sponsæ ex sponsalibus orta.

XII.
Iustitia pu-
blicæ ho-
nestatis.

XIX. Obseruanda hic est Concilij Tridētini moderatio, qua sustulit iustitiæ publicæ honestatis impedimētum ex

Notatio.

spon-

Concil. Trid.
Sess. 24. de
Reformat.
matr. c. 3.
XII.
Vis & vio-
lencia.

sponsalibus inualidis ortum, decreuit autem, vbi valida sunt, vt primum gradum non excedant.

XX. Iustus denique metus seu vis & violentia illata matrimonio profus eneruant, cuiusmodi est, si quis timore mortis aut corporis cruciatu exterreatur, aut liber seruitutem timeat, aut in carcerem detrudatur, aut stuprum vereatur, vel amissionem bonorum vel omnium, aut maioris saltem partis, vel denique vincula, aut honoris periculū extimescat. His enim casibus iustè terretur sapiens.

Casus in
quo metus
non impe-
dit matri-
monium.
De coniu-
gio rapto-
ris & rapte

XXI. Quod si metum passi tacitè postea per spōtaneam cohabitationem & per carnalem copulam subsequen-tem consentiant, constabit matrimonium.

XXII. Salubriter etiam propter matrimoniorum libertatem Tridentina Synodus decreuit inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris permanserit, non posse consistere matrimoniū. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto & libero constituta illum habere in virum consenserit, eam raptor in vxorem habeat; & nihilominus raptor ipse ac omnes illi consilium, auxilium & fauorem præbentes sint ipso iure excommunicati ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint de proprio gradu decident. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue vxorem eam duxerit, siue non duxerit, decenter iudicis arbitrio dotare.

Concil. Trid.
Sess. 24. de
re for. matr.
cap. 6.

1.

2.

3.

MODVS